

XIII

moueri dolore. **T**ercio tempa-
les pene portate sunt digne superno pre-
mio siue summo bono. Est igitur dignum
vt corona reddatur ei qui non potuit pas-
sionibus supari. Nam victoribus corona red-
ditur. sed nullus maior victor est quam qui nul-
lo bello supari potest. sed quanto fortius im-
pugnatus tanto virilior inuenitur igitur talis
a rege iustissimo coronari meretur. Et pro-
pter hoc dicitur Apoc. ij. Nihil horum timeas
que passurus es. et sequitur. Esto fidelis vs-
que ad mortem et dabo tibi coronam vite. **N**on
quid veritas potest mentiri. ergo si coronam
victoribus promittit pugnans coram pro-
mercede recipiat. Unde dicitur Luc. xxij. dul-
citer ait. Vos estis qui mansistis mecum in
tentationibus meis. et dispono vobis sic
disposuit mihi pater meus regnum. vt eda-
tiset bibatis super mensam meam in regno
meo. Non ergo sancti potuerunt penis su-
perari. quia maior erat consolatio interior quam
pena exterior esset. et naturale est quod sem-
per minor maior virtute superetur. Unde si
modicum aque quis vitis traria in magnam ig-
nem projiciatur non solum non ignis extingui-
tur. sed in maiorem flammam erigitur. Sic etiam
am autem non corrumpitur in igne. eo quod non ha-
beat in se presumptio principium. sic nec vir-
sanctus a pena vincitur. eo quod non habeat in
se peccatum quod est in homine omnis corrup-
tionis principium. Et ideo bene dicit apostolus. Si-
cut abundant passiones christi in nobis. sic et
per christum abundat consolatio nostra. **H**anc mar-
tirum consolatio omnem primam. quam existens in via
consistit in omni aduersitatis eam animi tole-
rantia. et per hanc secundam que est in patria
in summi boni suavissima et perpetua frui-
tione nobis christus iesus qui sine fine vivit et re-
gnat in secula benedictus Amen.

De martiribus Sermo. xlii.

Iusti autem in perpe-
tuum vivent etc. **Q**uantum bonum
sit vita. quis exprimeret carnis lingua. **N**am
vita est tantum bonum. quam quis celum sit corpus

nobilissimum ex luce formatum. sic et altissi-
mum. insistentia maximum et omnis genera-
tionis quodammodo causa et principium sic est
eo nobiliter quodcumque vivit in quantum est vi-
vum. Unde tam philosophus quam doctor eximi-
Augustinus in sententia merito conveniunt. quod
omnis substantia vivens est nobilior quamlibet
non vivente. **N**am vite nobilitas. ex ipso
appetitu nature probatur. vt omnia viventi-
tia vt servare possint vitam. refugiunt omnia
pertraria vite appetunt omnia vitam servan-
tia. sicut patere potest ad sensum discurre-
ti per singula. vnde enim est tanta cura humana
ad tot cibarium genera. ad vina tam op-
tima. nisi vt conservari valeat vita. **N**am
ignum igitur bonum est vita pro qua servanda
da tanta cura est in natura. et si tam nobi-
lis est vita yma. quam nobilis est vita sum-
ma. si sic vita creata. quid est vita increa-
ta. si sic vita miseris plena. quid est vita
omnia in se continentem bona et nulla penitus
mala. Sic etiam sit vita terrena necesse de-
serenda. quid est vita beata perpetuo du-
ratura. ergo si ad hanc vitam venire volu-
mus ubi ultra mori non timeamus. iusti
nunc esse laboremus. Et ideo dictum est. Iu-
sti autem in perpetuum. In quo verbo ad mar-
tires hodiernum assumptum notant mar-
tyrum duo scilicet. **P**rimo status martirum militanti-
um et laborantium nunc in pugna. **S**ecundo
status ipsorum triumphantium et gloriantium in
corona. **P**rimus status cum lacrimis existit
merito quibus splenduerunt in via. **S**ecundo
status susceptivus primorum existit quod glo-
riantur in patria. **N**otatur ergo status in
quo sunt iusticia operati cum dicitur. Iusti. **S**ecundo
cundo notatur status premij. quo sunt in
gloria coronati. cum addit in perpetuum vi-
vent. **I**tem. Est igitur circa iusticia
notandum quod est quadruplex iusticia quam ope-
rari debemus sicut sancti martires opera-
ti sunt. **N**am prima iusticia est per quam cedimus
ad deum celeriter. et iusticia quam exercemus
humiliter. et iusticia quam nos punimus ve-
raciter. et iusticia quam nos fuimus perseveranter

*Nota quanta bonum sit
vita.*